



Sammelbd

7,3d = voh : Kt 4065

G.

39.

DISSERTATIO JVRIDICA  
DE  
**EXCUSSIONE**  
**FENESTRARVM,**

*Jenster-Sinschmeissen/*

QVAM  
EX ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRL  
DICÆ PLACITO  
IN ACADEMIA JENENSI

PRÆSIDE

**IO. PHILIPPO Greiber/Philos.**  
& J.U.D.Fac.Phil.Jenens.Adjuncto  
& P. L. C.

Ad diem V. Februarii MDCCI.

*In Auditorio Iureconsultorum*  
publicè discutiendam sicut  
**JOHANNES VVILHELMVS Sander/**  
Arnstadia - Thuringus, LL. C.

---

JENÆ, charactere MULLERIANO. 1706.



Dissertatio Juridica  
DE  
EXECUSIONE  
GENITARVM

De Causis et Causulis

Actuatu et Actuatis

Actuatu et Actuatis

Actuatu et Actuatis

Optimum Procedere

JOHANNES VON HERMANS

Amsterdam - Impensis Th. O.

1711 - quatuor libri

Tradituri id, quod justum est  
circa excursionem Fenestram,  
proponemus

{ 1. Nominis explicationem, nimirum

{ 1. Derivationem

{ 1. Vocis: Excusio §. 1.

{ 2. Vocis: Fenestra §. 2.

{ 2. Significationem, quatenus \*Excussionis &

\*\*Fenestra vox significant

{ 1. Diversa\* §. 3. §. 4. \*\*§. 5.

{ 2. Idem cum pluribus aliis nominibus. §. 6.

{ 2. Considerationem Excussionis Fenestrarum

quoad Rem, in-

{ 1. Definitione §. 7.

{ 2. Divisione §. 8. ratione subjecti facta, in ex-

cussionem Fenestrarum

{ 1. Reluctante vicino constitutarum, qua-

lis est excusio Fenestrarum facta

ei, qui invito vicino proprium pa-

rictem, non constituta servitute,

aperuerat §. 9. 10. 11. 12.

{ 2. Pace vicini positarum, §. 13. & harum

excussionum Fenestrarum considera-

bimus.

[I] Posteriorem, itidem divisam ratione subjecti, cui  
damnum injuria datur, in

- { 1. Eam, quam passus est is, qui servitutem  
luminum & consimilem in alieno pre-  
dio habet. §. 14. 15. 16.
- { 2. Eam, quam passus est is, de quo alii eidem  
infensi vindictam privatam per tale  
quid commissum sumserunt. §. 14. 17. 18.
- { 2. Utramque ratione remediorum, quibus resarcitur  
damnum per excussionem hanc datum, §. 19.  
que sunt:
- { 1. Actio confessoria, §. 20.
- { 2. Actio Legis Aquilie, d. §. 20. & harum actio-  
num vel competit.
- { 1. Utraque, nimirum ei, qui servitutem  
luminum vel consimilem in alieno  
predio habet. §. 20. 21. 22.
- { 2. Una §. 20. nimirum tantum actio Legis  
Aquilie, §. 23. 24.
- { 1. Ei, qui in vito vicino fenebras in suo  
pariete, non constituta servitute,  
erexerat, & ab hoc earum excus-  
sionem perpeccus est. d. §. 23. 24.
- { 2. Ei, de quo alii eidem infensi per ejus-  
modi factum vindictam priva-  
tam sumserunt. d. §. 23. 24.



§. I.



Xcusionis nomen ab  
excutiendo, excutere autem  
ab ex & quatio sum duce-  
re ortum, vel rudioribus  
constat, æquè, atque, quodd  
vox quatere notet heftig  
bewegen/ schütteln/excute-  
re : ausschlagen ausschüt-  
tern. Hinc excusio est: das  
Ausschlagen.

§. II.

Fenestræ vocabulom sive putes esse primiti-  
vum, sive cum Dentzlero in Clav. Lat. Lingv. illud  
à Græco: φαίνεσθαι, lucere, deriues, nobis perinde  
est.

§. III.

Excusionis, veluti etiam terminus τὸ excutere,  
propriè & physicè significat violentium atque reci-  
procum motum, seu actum tamdiu vibrantis, do-  
nec aliquid ita moveatur, ut illud è loco & statu  
obtento in statum & locum præfinitum perget.  
Atque secundūm physicam hanc & propriam signi-  
fica-

A

§ (5) §  
ficationem in §. I. germanicè redditæ est vox ex-  
cussionis,

#### §. IV.

Impropriè autem , & juridicè notio excusi-  
onis, quæ licet non reperiatur in II. jam citandis,  
tamen idem ac rō excutere , quod ibi reperitur ,  
significat, si infinitivus loco nominis ponatur, vel-  
uti in phras: *Scire tuum nibil est*; & sumitur pro  
diligenti inquisitione, supputatione ac detentione  
facultatum principalis debitoris , per judicem, us-  
que ad peram (ut vocant) & saccum, id est no-  
vissimum quadrantem effecta , eum in finem, ut  
sciatur: an ille sit solvendo? *Bart. in tract. de ex-  
cussione pign. Col. 1. vid. l. si plures §. 2. ff. de admin.  
& peric. tut. l. Titia §. fin. ff. de manum. testam. l. li-  
cet. §. 1. ff. si quis omis. caus. testa. l. i. §. si inter. ff. de  
magist. conve. l. i. C. de revoc. his, que in fraud. cred.  
l. 29, §. si cum debitor. ff. mand. Hinc est benefici-  
um excusionis. Nov. 4. Aut. b. prese. tente, C. de fide-  
jussor. & mandatorib.*

#### §. V.

Etiā fenestræ nomen uno pluribus substati-  
significatis. Nam (1.) propriè sumtum signi-  
ficat machinam, ex partibus vitreis, mediante  
plumbo flexili, & jugamento ligneo eum in finem  
constructam, ut parietis aperti spatium seu foramen  
impleat, & per illam locus illuminandus illumi-  
netur. Atque hic significatus in præsenti disserta-  
tione obtinet. (2.) Fenestra etiam impropriè sumi-  
tur

¶ (7) ¶

tur, pro occasione, quæ aperitur alteri, veluti sumit in phrasí Terentianâ: Fenestram ad nequitiam alicui patefacere, aperire, einem Fürschub/ Ursach / Anlaß / Gelegenheit und Anleitung zur Bosheit geben.

§. VI.

Excusio Fenestrarum potest etiam appellari violenta elisio Fenestrarum, fractio Fenestrarum motu durarum materiarum effecta. Et Fenestræ, si lubet, salutari etiam possunt: Machinæ pellucidae, ligneo - plumbeo - vitreæ. Salutari insuper solent: lumina, in materia de servitute luminum, & servitio: ne luminibus officiat, Titulo de S. V. P. l. 4. l. 15. l. 17. §. 1. l. 22. l. 23. l. 40. ff. &c. junc. l. 1. & l. 8. C. d.t.

§. VII.

Excusio Fenestrarum nobis est actus, quo alterius Fenestræ per admotas materias duras franguntur, & per hoc illi damnum injuriâ datur.

§. VIII.

Excusio Fenestrarum sistetur à nobis duplex; nempe: Excusio Fenestrarum reluctante vicino parieti nostro immissarum, & excusio Fenestrarum pace vicini in pariete nostro erectarum.

§. IX.

Quod attinet excusionem Fenestrarum relunctante

Etante vicino parieti nostro imminissarum, (I.) de  
eâ sequentem forniamus quæstionem generalem:  
*An v.g. ei, qui, invito vicino, proprium parietem non  
constitutâ servitute aperuit, apertoque spatio fene-  
stræ immittit, an, inquam, ei à vicino reluctan-  
te justè excutiantur illæ fenestrae?* (II.) Hunc fin-  
gimus casum, cui subjungemus specialiorem ali-  
quam quæstionem: *Sempronius, servitute luminum  
sibi non constitutâ, parietem suum aperit, & hujus  
foramini fenesstras immittit, ex quibus in Caji præ-  
dium potest inspici; Cajus, Sempronii vicinus, ad-  
monet Sempronius, dicens: Se pland non admis-  
sum, ut Sempronius, cùm is de servitute luminum  
sibi constitutâ gloriari non possit, licentiam obtineret,  
ex novis fenesstris negotia aliena contemplandi; &  
ideo velle se Sempronio nunciatum, quod, nisi amo-  
veret fenesstras istas novas, propediem illæ futura  
sint excusse. Sempronius Cajo renunciari jubet:  
sibi esse liberum, aperire parietem suum, & aper-  
tum redintegrare fenesstras, quamvis non consti-  
tuta sibi sit in Caji prædio Servitus luminum,*,  
*seque Caji minas nibil curare. Cajus replicas  
lapidibus, elidendo Sempronii fenesstras. Quæri-  
tur: an Cajus jure excusserit Sempronii novas  
fenesstras? & respondeatur negative, arg. l. 9. & 15.  
ff. de S.V. P. l. 8. 9. C. cod. l. 8. §. 5. ff. si serv. vind.  
l. 12. §. 2. C. de adif. priv.*

## §. X.

Nam, Primo, quamvis vicinus non teneatur,  
servi-

servitute non constitutā, excipere lumina nostra,  
sed illa ædificando in suo possit obstruere; d. l.  
9. ff. de S. V. P. imò etiam in propriò, ut & com-  
muni pariete fenestras fieri prohibere possit,  
l. 8. C. de Servit. & aqu. l. 40. ff. de S. V. P. add. Sco-  
tan. §. 27. tb. 15. tamen in proprio pariete, invito vi-  
cino, quis fenestram facere potest; arg. antea  
citat. II. scil. l. 9. & 15. ff. de S. V. P. l. 8. 9. C. eod. l. 8.  
§. 5. ff. se servit. vind. l. 12. §. 2. C. de adif. priv. Capoll.  
de S. V. P. cap. 62. Simon Pistor. 1. Cons. 12. Alex.  
Raudens. dec. 9. num. 32. Don. & Hillig. 11. Comm.  
5. vid. Scontan. citat. D. 17. tb. 16. Carpzon. 2. 41.  
def. 12. Struv. Differt. de adif. priv. tb. 32. & 35.  
Qui enim jure suo, quod jus gentium ad com-  
modum suum absque nudā simulatione & hosti-  
litate insequendū concedit, uitetur, non videtur  
damnum dare, l. 9. ff. de S. V. P. l. 26. de damn. inf.  
l. 24. §. fin. eod. Fra. Vivius, dec. 306. n. 4. Ern. Cob-  
mann. 2. cons. 93. n. 36. Nic. Everb. Jun. 1. Cons. ult.  
num. 5. 6. Aymo Cravetta, Cons. 4. n. 3. Quint.  
Mand. de inbib. qv. 53. Et propterea Cajus in casu  
nostro Sempronii fenestras novas non excusit  
jure.

## §. XI.

Deinde etiam ex sequentibus apparet: Ca-  
jum jure non elisiſſe Sempronii fenestras. Jus  
enim civile non permittit in ejusmodi casib⁹,  
ut quisque de alio privatam sumat vindictam.

B

Nam,

Nam, per text. l. 14. C. de Judicis & cœlic. judiciorum  
vigor, jurisque publici tutela idcirco videtur in  
medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permit-  
tere valeat ultionem, adde l. 38. §. 8. ad L. Jul. de  
adult.

## §. XII.

Neque juvat Cajum illa Regula: Si quid  
in nostro vi aut clām adificatum; vel  
factum est, id vi aut clām destruere  
possimus, l. 7. §. 3. quod vi aut clām, l. 29. §. 1. ad  
L. Aquil. l. 27. pr. de S.V.P. l. 22. §. 2. quod vi aut clām,  
junct. l. 1. C. ut nem. lic. sine jud. aut sign. reb. impon.  
al. Add. Bartol. in l. 1. §. nunciatio, de nov. op. nunc.  
Duaren, prel. 2. ad tit. de nov. op. nunc. & l. 2. disp.  
cap. 40. Cujac. l. 16. obs. 12. Nicol. Vallade reb. dub.  
tract. 8. n. 1. Bachov. Vol. 2. Disp. 18. tb. 2. lit. g.  
Speckhan. cent. 3. cl. 3. qv. 23. num. 36. 37. 38. Non.,  
inquam, juvat Cajum regula adducta, Nam (2)  
non in suo, sed in Sempronii prædio aliquid fa-  
ctum & adificatum erat: (2) rerum nostrarum  
defensio nonnisi ob urgentem necessitatem con-  
cessa est, nam citatā l. 7. §. 3. quod vi aut clām, ex-  
stat: nisi ex magnâ & satis necessariâ causa: alio-  
quin bac omnia judicis officio celebrari oportet.  
Hinc, quoniam nullum periculum erat in mor-  
ta, usque dum Cajus adiret Judicem, qui judicium  
suum liti interponeret; certe nulla necesitas  
presit

§ (ii) 55

pressit Cajum, ad festinandum elidere Sempronii fenestras. Et propterea ipse se non potest excusare per Regulam allegatam. (3) Ad hoc, ut id, quod vi aut clara nobis invitis edificatum vel factum est, vi aut clam destruere possimus, requiritur, ut *edificatum habeat fundamentum in nostro*, hinc, si quis protectum supra domum alicujus, nullo jure habeat, id recidere non oportet. d.l. 29. §. 1. ad L. Aquil. Unde Duarenus in d.l. 27. de S. V. P. verbum: *immissum*: explicata: *quod immittitur in meum*, i.e. *quod ita impunitur*, ut in imo bareat vel requescat. Add. l. 242. de V. S. Quoniam itaque nec Sempronii fenestra habuerunt fundamentum in Caji prædio, ut ibi requiescerent, ideo Cajo licitum non fuit, ut eas excuteret.

§. XIII.

Hæc sunt, quæ de priori excussionis fenestrarum specie dicta volumus. Jam deveniamus ad posteriorem excussionis fenestrarum pace vicini positarum.

§. XIV.

Ea autem est vel talis, quam passus est *is*, qui servitutem luminum & similem in alieno prædio habet, vel talis, quam passus est *ille*, de quo alii eidem infensi vindictam privatam per tale quid commissum sumferunt.

B 2

De

## §. XV.

De illa fenestrarum pace vicini positarum excusione , quā Iaſus eſt is , qui ſervitutem lumen & conſimilem in alieno prædio habet , (I.) Sequentem quæſitionem generalem tradimus : *An ei , qui pace vicini immiſit fenefras in ejus prædium , & ſervitutem lumen aut conſimilem in vicini prædio conſtitutam habet , an , inquam , ei , à vicino ſervitutem ulterius non confeſſiuro , licet excutiantur fenefre ?* (II.) hunc formamus caſum ſpecialiorem : *Mevius pace Seji erexit in ſuo pariete fenefras , ex quibus in Seji prædium inſpici datur , & ſervitutem lumen conſtitutam habet in prædio Seji ; Sejum , utpote vicinum Mevii , paenitet confeſſionis Servitutis , & nunciari jubet Mevio , quod ipſe nolit amplius admittere , ut Mevius fenefras , & ex illis licentiam ſai (Seji) prædium inſpiciendi habeat . Mevius eludit Sejum . Quo factō Sejus Mevii fenefris per lapides bonam vesperam appreſcatur . Quaritur , an Sejus licite hoc commiſerit ? & reſpondetur negando .*

## §. XVI.

Quemadmodum enim ſervitute conſtituta in ſuo ſolo pro lubitu aliquis ædi ſicare non potest , *l. 9. de S. V. P. l. 8. C. de ſervit. Gail. obſerv. 69. num. 19. Add. Jobann. Sainſonius in conſuet. Thuronens. Tit. 19.* ita etiam , conſtitutā v. g. ſervitute lumi-

luminium, vicini fenestras violare non est juri consonum. Nam ea est servitutis natura, ut libertatem in re nostrâ aliâs nobis competentem adimat, ita, ut ad alterius utilitatem aliquid in nostro pati teneamur vel non facere, *l. 15. §. 1. ff. de servit.* Siquid igitur contra servitutem ædibus alicujus debitam injuriosè extructum aut factum sit; revocandum est prædium à Magistratu ad pristinam formam, damni etiam habitâ ratione, *l. 5. C. de servit.* Itaque Sejus in casu nostro injuriosè excusit Mevii fenestras.

### §. XVII.

Simili ratione de illa fenestrarum, pace vicini positarum, excussione; quam passus est is, de quo alii, eidem infensi, vindictam privatam per tale quid commissum sumserunt (I) sequentem casum proponemus: *Cajus & ejus Commilitones Dedalo infensi, excutiunt fenestras bujus, pace vicinorum positas: queritur, an Cajus cum suis commilitonibus hoc justè consummaverit?* Et respondemus: Admodum quidem jucundus nobis est, dum adhuc viridis ætatis persona sumus, tinnitus orbium vitreorum alienorum à nobis nocendi animo fractorum, nosque, si in eâ ætate constituti simus, valde delectat aspectus foraminum cœcorum & vitreis orbibus cum plumbo flexili orborum; melius etiam est: iram suam in res inanimatas evomere, quam animatas & ho-

§§ (15) §§

mines. Ast , si modo leges nobis hoc indulgerent!

### §. XVIII.

Nam, præter hoc , quod privata vindicta ,  
ejusmodi perpetratum reddit illicitum , juxta su-  
per. cit. l. 14. C. de *Judaic & cœlic.* etiam damnum  
quod datur , dare prohibitum est , per §. 13. *Inst.*  
*de L. Aquil.* l. 27. §. 5. 6. ff. *ad L. Aquil.* l. 40. cum  
seqq. eod.

### §. XIX.

Quoniam itaque per singulas à nobis con-  
sideratas excursionis fenestrarum species damnum  
alterius patrimonio injustè infertur ; consequens  
est , ut ipsi supersint remedia , quibus resarcitur  
damnum per excursionem fenestrarum injuria da-  
tum.

### §. XX.

Remedia autem illa sunt ; Actio confessoria  
& Actio Legis Aquiliae. Et harum actionum alio  
casu competit utraque , alio casu saltim earum una.

### §. XXI.

Utraque competit ei , cui servitutem lumi-  
num vel consimilem habenti à vicino excussæ sunt  
fenestræ : Nam : ceu superius , §. 16. circa finem di-  
ximus : siquid contra servitutem ædibus alicujus  
debitam factum sit , (1) revocanduni est prædium  
à magistratu ad pristinam formam , quam quis in-  
tendit actione confessoriâ , l. 2. l. 4. §. 2. ff. *si serv. vind.*  
*§. 2. Inst. de Action.* (2) damni etiam habitâ ratio-

ne



§§(15)SC  
ne, cuius præstationem æstimationis ipse impetra-  
re potest per actionem legis Aquiliæ, *sup. citt. loc.*  
*& l. 15. C. de servit.*

### §. XXII.

Quemadmodum enim Actio Legis Aquiliæ  
competit cuivis, cuius patrimonium dolo aut  
culpâ deminuitur, nimirum cuivis, cuius res aliqua  
injustè uritur vel frangitur, vel scinditur, a-  
liove modo corruptitur, *l. 2. pr. l. 5. pr. l. 11. §. 5. ad*  
*L. Aquil. princ. Inst. de injur. jung. super. citat. §. 13.*  
*Inst. de L. Aquil. l. 27. §. 5. 6. ff. ad L. Aquil. l. 40. cum*  
*seqq. ff. eo.* Ita etiam Legis Aquiliæ actio compe-  
tit ei, cui servitutem luminum aut consimilem in  
vicino prædio habenti excusæ sunt à vicino fe-  
nestrae. *arg. l. citat. & præterea arg. l. 21. §. ult. &*  
*seqq. ff. ad L. Aquil. §. 10. Inst. de L. Aquil. ubi Ba-*  
*chov. vid. insuper l. 21. §. ult. l. 22. l. 23. l. 29. §. 3. l. 37.*  
*§. 1. ff. ad L. Aquil. add. Job. Thom. c. 12. num. 42. tract.*  
*de nox. animali.*

### §. XXIII.

Una illarum actionum, nempe actio Le-  
gis Aquiliæ tantum competit (1) ei, cui fenestras  
in suo pariete, non constitutâ serviture erigenti,  
vicinus reluctans fenestras excusit; *arg. textt.*  
*§. præc. citat.* (2) ei, de quo alii eidem infensi  
vindictam privatam sumserunt per excusionem  
fenestrarum. *arg. textt.* *§. præc. 22. citator.* Cum  
enim his casibus pars lesa non habeat servitutem  
luminum constitutam, hinc actio confessoria ei-  
dem

§. (16) §.  
dem non potest competere. Arg. II. supra §. 21 n. 1.  
eitur.

### §. XXIV.

Cæterum non solum præstationem simplæ  
æstimationis damni pars lœsa in casibus nostris à Ju-  
dice petere potest, sed etiam petere, ut contra-  
inficiantem æstimatio illa simpla duplicetur, l. 2.  
§. 1. l. 23. §. 10. ff. ad L. Aquil. l. 4. C. eod. Add. Perez.  
num. 16. Bachov. tb. 10. lit. e. Unde poenalis, non  
quidem simplex, sed mixta dicitur illa actio. l. 23. §.  
8. ff. ad L. Aquil. junct. §. 19. Inst. de action. vid.  
Bachov. D. 5. de act. tb. 21.

## T A N T U M.



AB:154566

ULB Halle  
003 120 163

3



5b.

Vd 17



B.I.G.



### Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

Black  
White  
3/Color

Magenta  
Red  
Yellow

Cyan  
Green

Blue

JENÆ, charactere MULLERIANO. 1706.

39.

DISSERTATIO JVRIDICA  
DE  
**EXCUSSIONE**  
**FENESTRARVM,**  
Von  
**Kenster = Sinschmeissen /**

QVAM  
*EX ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRL  
DICÆ PLACITO*  
IN ACADEMIA JENENSI

PRÆSIDE

**IO. PHILIPPO Greiber / Philos.**  
& J.U.D.Fac.Phil.Jenens.Adjuncto  
& P. L. C.

Ad diem V. Februarii MDCCI.

*In Auditorio luteconsultorum*

publicè discutiendam sifet

**JOHANNES VVILHELMVS Sander /**  
Arnstadtia - Thuringus, LL. C.